UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus De duobus fratribus inuicem habitantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

CAP. II.

6 Iſti etiam Heredes†inſtituti ĩ teſtamẽto talis ſic ingredientis capient ipſius hereditatẽ ſtatim, non expectata morte naturali, licet de ingrediẽtibus alias religiones cõſueuerit dubitari, in d. authen. ſi qua mulier[a]. Ratio, qꝛ ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorum ab eo habet per omnia eundem effectum, quem habet mors naturalis: ergo idem ius, l. Deo nobis, in prin. C. de epiſ. ⁊ cleric. ⁊ l. ex ea parte. §. inſulam. de ver. ob. Ad quod etiam per Dy. in d. l. ſi necẽ. ⁊ vt puto iſtã ſuam voluntatem non poterit reuocare, vt ſtatim dicam, ⁊c.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Si qua mulier. C. de ſacr. ſanc. eccle. ⁊ ibi vide Iaſo. ⁊ ibi ſcripſi, ⁊ vide domi. Barto. Socin. in conſi. xcij. in princi. incip. circa primum.

CAP. III.

7 Qvandoque Contingit, †quod ingredientes dictam religionem fratrũ minorum fecerunt profeſſionem, ⁊ de bonis ſuis nullo modo diſponunt: dubitatur primo an potuerunt bona ſua diuidere inter filios, ſicut poſſunt alij, qui alias religiones ingrediũtur, d. authen. ſi qua mulier. Reſpõdeo non puto, quia poſt profeſſionem non poſſunt ſe impedire de talibus conſtitutionibus cum non faciant ob ſuas neceſſitates, ſed ob alias, ⁊ hoc verum eſſe probatur per ea que dixi in preceden. libro De executoribus vltimarum voluntatum, dixi in c. iij. ⁊ per hoc puto quod voluntatem propriam reuocare non poſſunt, quicquid ſit de iure in alijs religioſis hic non dico, ⁊c.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

8 Sed ad quos pertinebunt†bona ipſorũ ingredientium predictam religionem, ⁊ nõ diſponentium: Iſta eſt antiqua a queſtio. eam tangit Inn. extra de probatio. c. in preſentia.[a] ⁊ hodie Ioan. And. recitat opin. ⁊ eam tangit Spec. in titu. de ſtat. monacho c. j. ij. iij. ⁊ iiij. Breuiter quid iuris ſit ĩ alijs religioſis, hic nõ dico, Sed quantum ad fratres minores dico, ꝙ eorum ordo ex predictis bonis nil debet vel poſſit petere, vt expreſſe colligitur in d. c. exiui. §. dubitauerunt. Unde puto ꝙ quantum ad iſtam materiam penitus habeatur pro mortuo, vt dictum eſt, quod dicta bona pertineant ad veniẽtes ab inteſtato ſicut ſi mortuus eſſet. Facit ad hoc. C. de bo. damna. auth. bona damnatorum, ⁊c.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Cap. in preſentia. Vide Lud. Ro. conſi. ccxvj. incip. circa declarationem, vbi plene.

CAP. II.

9 Contingit Interdum, †quod illi, qui regulam fratrum minorum ſunt a profeſſi, tranſeunt ad epiſcopatum,[a] vel aliam regulam, que poſſunt in communi habere. Queritur primo an eorũ bona alicui queſita poſſint recuperare: Et videtur quod ſic, ſicut dicimus de reſtituto. l. ij. C. de ſen. paſſ. ⁊ l. j. ff. de ſentent. paſſ. Contrarium dico, quia ſiue dicas quod hec reſtitutio ſit in priſtinum repoſitio, ſiue quod indulgentia, ſeu permiſſio tranſeundi ad alium ſtatum ſeparatum, non recuperat bona tam alijs queſita, quam fiſco, l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tantum. de liber. ⁊ poſthu. ⁊ ibi no. in ſi. magne glo. ⁊ ideo bona nõ recuperat vt C. de ſen. paſſ. l. j. ⁊ l. tutor. cum ſimilib.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Epiſcopatum. Vide Fely. in capitu. inter quatuor. vbi plene de maiorit. ⁊ obedi. ⁊ Iaſ. in l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tantum. ff. de lib. ⁊ poſth. ⁊ vide Fed. de Senis conſil. xx.

CAP. III.

1 Qvero An talis frater†minor factus epiſcopus vel ad aliam, religionem legitime trãſlatus ſuccedat ad inteſtato parẽtibus agnatis ⁊ cognatis: Et videtur quod ſic vt C. de ſenten. paſſ. l. j. Contra videtur quod non: caſus eſt ff. ad Tertyl. l. ij. §. j. vbi loquitur de filiofamil. facto ſeruo, ⁊ poſtea liberato. Solu. Putarem dicẽdum ſic. Aut iſte liberatur ab ordine authoritate ſummi Pontificis, ⁊ puto quod ius ſuccedendi recuperet, l. ij. C. de ſenten. paſſ. ⁊ ff. ad Tertyl. l. prima. §. filius qui mortis. Idem puto ſi aliter legitime ab aliquo Archiepiſcopo, vel alio prelato promoueretur ad aliquam dignitatem, per hanc enim conceſſionem beneficij intelligo eum ad omnia reſtitutum, vt dictis legibus cũ ius ſuccedẽdi recuperet, nec eſt in eo ſtatu, in quo erat añ ingreſſum, facit xix. q. j. cano. ſtatutum. per quem canon. ⁊ multas alias rationes reuerẽdus Pater Dominus Frãciſcus de Aſſiſio Decretorum Doctor Abbas Monaſterij Campi Regij. in medium adducit, qui iſtum paſſum ad mei interrogationem ſic diſputans determinauit, Si vero reperiretur alius modus licitus, quam expreſſa cõceſſione beneficij, vel dignitatis, per quam ab eo ordine abſolueretur tunc ius ſuccedendi non recuperatur, d. l. ij. §. j. ad Tertyl. ⁊ d. l. j. §. filius qui mortis. eo. ti. vbi text. facit

11 iſtam diſtinctionẽ, ⁊ bene. alias aduertatur. Hoc autem†poteſt contingere ſi aliquis ꝓpter eius demerita ab ordine licentiaretur, ⁊ ab ordine ei permitteretur vt tranſiret ad aliam regulam. quod eo caſu ei licet, non alias. vt per multa priuilegia Romanorum Pontificum fratribus eſt conceſſum, que hic non refero, quia longum eſſet, eo autem caſu non puto eos recuperare ius ſuccedendi, per iura predicta. Illa enim abſolutio magis eſt ad penam, quam ad premium, ⁊c.

CAP. IIII.

a Poſſet queri, Aliquis erat grauatus reſtituere, ſi decederet ſine liberis, qui deceſſit inſtituto filio fratre minore. an talis filius facit iſtam cõditionem deficere, ⁊c. Vel pone, per Italiam ſunt ſtatuta quod filie femine non ſuccedant extantibus maſculis, vtrum filius maſculus frater minor facit feminam non admitti. ⁊ plura alia poſſent queri, que licet ſint dubia propter ſtatutũ fratrum minorum, tamen qꝛ hec ad eos non pertinent, (non eſt enim eorum cõmodum vel in cõmodum) ideo ad preſens opus non pertinent, ſed hec in alijs locis debitis ſunt tractanda.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Poſſet queri. Adde bal. in l. filiuſfa. §. cum quis. in fi. ff. de leg. j. ⁊ in l. iij. in fi. ff. de bono. poſſ. contra tabu. ⁊ in l. j. §. filium eo ti. ⁊ in l. fi. C. quando ⁊ qui. quarta pars. ⁊ Ang. in aut. de non eligen. ſecundo nuben. in ſi. prin. ⁊ in l. j. C. de condi. inſer.

¶ Finis Tractatus Minoricarum Bartoli.

Tractatus De duobus fratribus inuicem habitantibus.

1 ☞ Filius qui ex re patris, ipſo viuente percipit fructus patre mortuo, debet alijs fratribus communicare.

2 Filius qui lucratur cum pecunia patris, ⁊ opera ſua partem lucri reſpectu pecunie communicabit, partem vero reſpectu perſone, tanquam proprium retinebit.

Lucrum prouenięns ex perſona filij dicitur aduentitium.

3 Filius exercens vſuras, patre mandante, tenetur lucrum ex eis prouenięns communicare: ſecus, ſi ſua ſponte exercet.

4 Filius, qui lucratus, fuit, ⁊ dubitatur vnde, ex quibus bonis preſumatur queſiſſe.

5 Queſitũ per filiũ in dubio preſumitur queſitũ ex bonis patris.

6 Statuto ſtante, q ð vxore predecedẽte ſine liberis, vir lucretur dotem, ⁊ vxor filij, viuo patre, decedat, an tale lucrũ a ijs fratribus communicetur, ⁊ in tractatu Bal. nu. 27.

7 Donatum vel relictum filiofa. per extraneum patre viuente ꝙ ſi factum eſt contemplatione patris, non communicatur.

8 Donatum filiofa. quando in dubio videtur datum contemplatione patris, vel filij, ſi eſt datum ab extraneo.

9 Uſufructu donato vel legato filiofa. cuius contemplatione videatur donatus, vel legatus ⁊ an communicetur.

Intellectus ad l. fi. C. de vſufruct.

10 Donatum filiofa. pacto appoſito quod habeat in caſtrenſi pecu. vel quaſi, quando erit caſtrenſis peculij, vel non.

11 Donatum filiofa. exercenti mercantiam cum pecunia patris cuius contẽplatione videt donatũ ad hoc, vt cõmunicetur, vel nõ.

12 Cauſa proxima inſpicitur, ad cognoſcendum quãdo aliquid eſt factum contemplatione alicuius.

13 Lucrum factum per filiumf. cum pecunia caſtrenſi, vel quaſi caſtren. peculij, tale lucrum quando ſit aduentitium, vel caſtrenſe.

14 Filio herede inſtituto a matre vel aſcendente linee materne cũ conditione, quod ad patrem nõ perueniat vſufructus, an dicta conditione non obſtante, pater ſaltem in legitima habeat vſumfructum, ⁊ in trac. Bal. nu. 5.

15 Filius an teneatur communicare libros eidem emptos per patrem, ⁊ in tractatu Bal. nu. 33.

16 Pater ſi dedit pecuniam filio in ſtudio, quando filius teneatur illam imputare in eius partem.

17 Si pater incipit expendere in ſtudio pro filio, quod eo mortuo non debeat perficere ſtudium de communi.

Pater ſi aliquid incepit pro filio quando heredes eius teneantur illud perficere. ⁊ num. 19.
18 Filius ſi licite contraxit aliquod debitũ in ſtudio, patre mortuo, illud de communi ſolui debet.
20 Pater ſi fecit expenſas in nuptijs alterius ex filijs, alter frater debet de proprio ⁊ non de cõmuni facere, ⁊ in tracta. Bal. numero. 31.
21 Veſtes vxoris alterius ex filijs facte per patrem non conferuntur, ſecus feſtiue, ⁊ ornamenta pretioſa, ⁊ in tractatu Baldi, numero 33.
22 Expenſe facte per fratrem in rebus aduentijs filij, in quibus pater habet vſumfructum, quando imputabuntur in partem filij in diuiſionibus.
23 Filio datum per patrem quando veniat communicandum.
24 Pater ſi faciat filium ſtipulari ab aliquo debitore quãdo videatur facere animo donandi.

a ISte Tractatus[a] in duas principales partes diuiditur. Nam quandoque inter eos contenditur de his, que in vita patris contingunt, quandoque de his que poſt mortem eius contingunt. Circa primum plura ſunt inſpicienda. Nam quãdoqꝫ vnus ex his acquirit ſua opera, vel ex aliquo euentu, quandoque acquirit, qꝛ extraneus ſibi donat, vel relinquit, Quandoque ipſe pater filio concedit. Quandoque ipſe filius paternum patrimonium diminuit, ⁊ ſic ſunt quatuor queſtiones principales, de quibus per ordinem videamus. Primo igitur quero quando vnus ex fratri-
b bus, viuo patre, aliquid ex opera lucratur[b], vtrũ illud poſt mortem patris ſui teneatur fratribus ſuis coheredibus communica-
1 re? Et circa hoc † occurrit. primo illud videndum, quando ex re patris ſine vlla opera ſua fructus percipit, ⁊ tunc non eſt dubium quod venit communicandum ſicut alie res patris, ⁊ ſicut alia profectitia, vt C. de collatio. l. ſi donatione. de rei vendicatio. l. emptor. in fin. C. de bon. que liber. l. cum oportet. in princip. Predicta vera, niſi paſſus ſit pater vnum ex filijs percipere animo eidem donandi: quia tunc quid iuris ſit, dicemus in iij.
2 queſtio. princip. † Secundo quero[c], quid ſi acquirit cum pecu-
c nia patris, ⁊ lucretur negotiãdo, ⁊ ſic opera ſua interuenit? Gl. in verb. exceptis caſtrenſibus peculijs. l. cum oportet. C. de bonis que liber. videtur velle, quod iſtud lucrum ſit profectitium, ⁊ totum veniat communicandum. Hoc etiam tenuit Iacob. Balduini, ⁊ etiam Specul. de iudic. §. ſequitur. verſic. quid ſi alter filiorum ex pecunia paterna. ⁊ allegat pro determinatione. ff. de vſu ⁊ habitatio. l. ſi ita. ⁊ ff. de acquir. rerum domin. l. per ſeruum. §. ſi. Mihi autem videtur dicendum, quod lucrum, quod ſit cum pecunia patris, pro parte attribuatur pecunie patris, ⁊ pro parte perſone lucrantis, vt inſtit. de ſocie. §. j. C. eodem tit. l. j. ⁊ ff. eodem. l. ſi nõ fuerint. vnde videtis, quod quandoqꝫ vnꝰ ponit pecuniam, alter operam, ⁊ lucrum inter eos equaliter, vel inequaliter, ſecundum quod inter eos conuenit, vel conſuetum eſt, diuiditur. Item certum eſt, quod omne lucrum prouenient ex perſona filij, eſt aduentitium, vt d. l. cum oportet. poſt principium. Dico igitur, quod illa pars lucri, que attribuitur pecunie tanquam profectitia venit communicanda: illa vero, que attribuitur perſone filij, propriam retineat vt aduentitiam: nec conferat. l. fina. C. de collatio. ⁊ hoc modo debent gloſſ. ⁊ doct. intelligi, ſcilicet, quod communicetur lucrum perceptum ex pecunia patris, deducta etiam extimatione oneris, perſone, ⁊ opere, que remanet precipuum apud filium. De hoc eſt gl. in verb. proportionibus. l. illud. in princip. C. de collatio. Nec obſtat d. l. ſi ita. § fin. ⁊ l. per ſeruum. in fin. quas alleg. Specul. quia loquuntur in ſeruo qui acquirit alteri, etiam ex perſona ſua, ⁊ ex ſua ope-
3 ra. † Tertio quero, quid ſi filius ex pecunia patris fecit vſuras, an illas teneatur communicare? gloſſ. in verb. ex eius ſubſtantia. in d. l. cum oportet. dicit quod ſic, ſicut alia profectitia. Cyn. ibi tenet contrarium. Tu dic quod aut filius facit vſuras ſua ſpontanea voluntate, patre non mandante, ⁊ tunc non veniunt communicande: quia eſt turpe lucrum, ⁊ prohibitum, vt ff. pro ſocio. l. quod autem ex furto. ⁊ famil. erciſcun. l. cetere itaque. §. j. ⁊ quia ex delicto patri per filium non queritur. l. quod ſi vnus. alias. quod ſeruum. ff. de acquiren. poſſeſſione. Aut fecit mandante patre, ⁊ communicare cogitur: quia tunc patri per filium queritur dominium, ⁊ poſſeſſio, licet fuerit delictum. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi, ⁊ vi arma. ⁊ not. in dicta l. per ſeruum. preallegata. Preterea cum pater teneatur ad reſtitutionem, ergo alterius fratris intereſt habere: quia pro eius parte hereditaria poteſt conueniri. Preterea hoc videmus in ſocio, qui ſponte communicat queſita dolo, quia repetere non poteſt, niſi eo nomine fuerit condemnatus. d. l. quod autem ex furto. ⁊ ſequen. Huius autem lucri illiciti patri fuit queſitum dominium, ⁊ poſſeſſio, ⁊ ſic alteri fratri communicanda, nec ille frater lucra poterit ſibi
d retinere, niſi eo nomine fuerit condemnatus. Quarto quero[d],
4 quid ſi dubitatur, vnde filius † queſiuerit? Gloſſ. in dicta l. cum oportet. ponit duas opiniones, nec bene ſe firmat, ſed in l. Quintus Mutius. in gloſſ. vnica. in fine. de donationib. inter virum ⁊ vxorem remittit ſe ad not. in d. l. cum oportet. ⁊ Docto. Moder. inclinãt in illam ſententiam, vt ex preſumptionibus iudicetur eſſe profectitium, vel aduentitium. quod puto eſſe verum. Tamen ad huius declarationem diſtingue, cum queritur, an hi qui
5 circa aliqua negotia † verſantur, vt tutor, prelatus, vxor[e], ⁊ ſimi-
e les. ſi tales aliquid queſierint, nec apparet vnde, quid debeat preſumi; dic aut ſi preſumeretur ex eis bonis queſitum circa huius bona quis verſatur, reſultaret preſumptio delicti, vel euitatur, aut nec inducitur, nec euitatur. Primo caſu non eſt preſumendum eſſe ex eius bonis, circa cuius bona quis verſatur. l. ſi defunctus. C. arbitr. tutel. Secundo caſu preſumitur eſſe ex bonis eius. l. Quintus. ff. d. donationib. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ C. eodem l. etiam. Tertio caſu recurratur ad coniecturas. authen. licentiam. C. de epiſcop. ⁊ cleric. ſumpta de corpore in authẽ. de eccle. titu. §. interdicimus. Nunc ad propoſitum in filia femina preſumptio in dubio ex bonis patris queſitum, cauſa euitande turpitudinis queſtus, ſicut in vxore, d. l. Quintus. In filio autẽ maſculo cum habeat dominium quodammodo patre viuẽte, ſi habeat de bonis patris, nõ eſt delictum, quia ibi non eſt ſuſpicio turpis queſtus, ideo recurrit ad cõiecturas ſicut in prelato.
6 ¶ † Quinto quero, quid ſi vxor filij eſt mortua viuo viro, ⁊ patre, ⁊ ex forma ſtatuti, vxore mortua ſine liberis vir debet habere certam partem, vtrum iſtud lucrum erit commune, an erit eius, cuius fuit vxor? Iſtam queſtionem ponit Dyn. in l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrim. vt videtur tenere quod vxore mortua viuo patre lucrum ſit cõmune inter heredes patris, per l. ij. ſecũdo reſpon. C. fami. erciſcun. ⁊ ibi hoc tenet Dy. pro quo eſt text. ⁊ gl. in verb. confertur. in l. dotem. ff. de caſtren. pecul. Mihi aũt conſiderandum videtur quod talia lucra ſunt propter onera matrimonij. ⁊ ideo aut pater ſuſtinebat onera matrimonij, ⁊ ſic vera opinio predicta. Videtur enim profectitium ex re patris. Aut onera matrimonij ſuſtinet ipſe filius forte de lucro ſuo, ⁊ tunc lucrum ſit ipſius filij. Videtur enim ex re ſua opera ipſius filij proceſſiſſe, ⁊ ſic eſt aduentitium. ſed ſi pro parte ſuſtinuit pater, pro parte filius, dictum lucrum dicatur profectitium, ⁊ aduentitium pro rata oneris quod ſuſtineret. vt ff. de vſufruct. l. ſed ⁊ ſi quis. §. ij. ⁊ §. quod ſi ex re, ⁊ ff. de ſtipula. ſeruo. l. ſi ſeruus communis Meuij. §. fin. pro hoc facit regula iuris, ſecundum naturam.
7 Secundo principaliter † videndũ eſt, quãdo extraneus vni ex filijs donat vel relinquit filiofa. patre viuente, vtrum iſtud debeat poſtea inter fratres cõmunicare, vel eſſe eius precipuum? gl. in l. ſed ⁊ ſi quid. in princ. ff. de vſufru. ⁊ ibi doct. tenẽt ſimpliciter conſiderandũ cuius contẽplatione ſit datũ: vt ſi contemplatione patris ſit profectitiũ ⁊ ſic ſit cõmune, alias ſit precipuum ipſiꝰ filij, vt ff. de vulg. ⁊ pupil. ſubſti. l. ſed ſi plures. in arrogato. de vſufruct. l. ſed ⁊ ſi quid donetur. ⁊ ibi gl. in verbo
8 diſtinguemus. ⁊ no. in d. l. cũ oportet. qđ eſt verũ. Sed quid in dubio, ſi non apparet cuius contẽplatione? Rñdeo, videtur in dubio cõtẽplatione filij, l. ſi. C. de vſufr. ⁊ in gl. In cõtrariũ videtur, qđ in dubio ſit relictũ vel donatũ contẽplatiõe patris, vt l. ſi filius. de cõdi. ⁊ demõ. Dy. in hoc diſtinguit in l. ſi filiofamilias. ff. de do. cau. mor. Aut ſit mẽtio patris, ⁊ preſumitur eius cõtemplatione, vt d. l. ſi. ⁊ argu. C. de iure delib. l. cũ aliquis. Aut nõ ſit mentio patris, ⁊ preſumitur contẽplatione filij, d. l. ſi. C. de vſufr. que diſtinctio nõ placet per d. l. fin. de vſufr. vbi innuitur qđ fuit facta mentio patris. Preterea adiectio patris ſit magis ad demonſtrationem quam ad aliud, adeo quod ſi in patre erretur, nõ viciaretur legatum, vt ff. de here. inſti. l. his verbis. §. fin. ⁊ ideo ſic puto diſtinguendum. Aut ſit mentio patris ⁊ patrie poteſtatis aut patris, vnde primo caſu. Aut diſpoſitio cõfertur in tempus patrie poteſtatis ⁊ preſumitur contemplatione patris vt d. l. ſi filio. de condi. ⁊ demon. Aut cõfertur in tempus ſui iuris, ⁊ preſumitur contemplatione filij. C. de inſti. ⁊ ſubſt. l. iij. ff. ad treb. l. vbi pure. in princip ⁊ l. mulier. in princ. Secũdo caſu, quãdo ſit mẽtio patris tantum? Aut eſt tale quid qđ non poteſt acquiri niſi ſolum patri, ⁊ preſumitur contemplatione patris, argu. ff. de ſtipul. ſeruo. l. j. §. cõmunis ſeruꝰ. ⁊ l. item ſi ſeruus. ij. reſpõ. ⁊ ff. pro ſoc. l. verũ §. ſi ſocio. Aut poteſt queri tam patri quã filio: ⁊ in dubio preſumitur contemplatione filij, d. l. ſi. C. de vſufru. facit. ff. de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſol.l.⁊ magis.⁊ l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.de verb.obli.
vbi perſona non ſubintelligitur extrinſecus, ſed perſona patris
videtur adiecta cauſa demonſtrationis. ¶ † Tertio quero, quia
9 iſta procedunt in proprietate, quid in vſufructu donato, vel le-
gato filio: Aduertatis, q; de hoc eſt caſus in l.fin.C.de vſufru.ta
men quia de intellectu illius legis dubitatur nec bene a docto-
ribus declarata relinquitur, dicitur ſic. Aut cũ relinquitur vſuſ-
fructus filio, quia eſt incertum vtrum ſibi poſſit aliquid acquiri,
vel non. Nam ſi contingeret ipſum filium mori in vita patris, fi-
lius nil quereret: fructus enim ſunt patris, ⁊ eo viuo ipſum ius
vſuſfructus ad heredes non tranſit. Sed ſi iſte pater ante dece-
deret, acquirerentur fructus filio integre. Sicut ergo ex futuro
euentu pendet vtrum filio aliquid acquiratur vel non, ita ex fu-
turo euentu pendet cuius contemplatione videatur relictum. ſe
cundum predictam doctrinam. Cu ergo filius decedit viuo pa-
tre, preſumitur contemplatione patris, cum ipſi filio nil potue-
rit queri. d.l.fi.C.de vſufruc. aut decedit primo pater, ⁊ preſumi-
tur contemplatione filij, quaſi ſibi poſſit queri. d.l.fi.in fin. Et ſic
ex predicta diſtinctione approbatur, ⁊ determinatur caſus illi⁹
legis. ¶ Quarto quero, pone aliquid donatum fuit filiofamil.
pacto appoſito quod illud habeat in caſtrenſi peculio, vel quaſi
an erit caſtrenſe vel quaſi. Diſtingue. Aut donatur ei filio qui
non eſt miles, vel quaſi, q; nõ eſt aduocatus, nec habet aliquas
dignitates, que ponuntur in l.fin.C.de inofficio.teſtamen. ⁊ tũc
non erit caſtrenſe, vel quaſi, ſed aduentitium. Veritas enim eſt
inſpicienda non verba a donãte prolata, vt ff.de caſtren.pecul.
l.ſi forte. Aut erit miles, vel aduocat⁹, vel huiuſmodi, ⁊ tũc aut
eſt certum quod nõ donaſſet niſi occaſione militie, ⁊ erit caſtrẽ-
ſe vel quaſi l.cum allegas.de caſtren.pecul.lib.xij.C.⁊ l.caſtrẽſe.
ff.de caſtrenſ.pecul.⁊ ſic etiam debet intelligi l. diuus. eodẽ tit.
Aut erat dubium, ⁊ tunc aut donantur res militie neceſſarie, vt
equus, ⁊ arma militi, ⁊ aduocati libri, ⁊ erit caſtrenſe vel quaſi a
quocunque concedatur. C.de caſtrenſ.pecul.l. miles. in prin. ⁊ l.
caſtrenſe.ff.eo. Aut ſunt res ad militia non neceſſarie, ⁊ tũc aut
donatur ab eo qui in militia notus erat, ⁊ erit caſtrenſe peculiũ
vel quaſi. Aut ab alio, ⁊ non erit caſtrenſe peculium, etiam ſi nõ
hoc dixit donans. d.l.ſi forte. ⁊ ibi not. ⁊ C. eodem.l.j. licet autẽ
appoſitio illorum verborum non valeat facere eſſe caſtrenſe, ta-
men forte operabitur quod patri non queretur quantum ad v-
ſumfructum quod poteſt facere donans. C.de bon.que libe.aut.
excipitur. ⁊ licet forte vitietur expreſſum, tamen non vitiatur ta-
citum.l.j.§.quibus modis pign.vel hypo.ſol. ⁊ quod plene not.
per Cynum in illa queſtiõe de illo qui ex pacto aliquid reſerua-
10 uit ſibi. ¶ Quinto quero, † quid ſi filiuſſamil. faciebat mercan-
tiam cum pecunia paterna, propter quod habebat notitiã cum
quodam domino, qui ſibi donauit aliquid iſtorum, an illud com
municabitur inter fratres: Specul.in titu.de iudic.§. ſequitur.
verſic.quid ſi iſti filio fuerit aliquid. tenet quod queratur patri, ſi
viuit, alias communicẽtur inter fratres: q; quod occaſione rei
mee queritur ⁊c.l.cum queritur.§.j.de pecu.⁊ de donat.l.qui mi
hi donatum.cum ſimil. Pro hoc facit, licet ipſe nõ allegetquod
dixi ſ.in j.queſt.quod illud quod obuenit occaſione militie con-
numeratur in caſtrenſe. d.l.ſi forte.⁊ de caſtrẽ.pecu.l.j. Mihi vi
detur quod ipſe minus bene intellexit, ideo puto ſic dicendum,
Quandoque extraneus donat filio contẽplatione ipſius filij, ⁊
tunc non eſt dubium. Quandoq; cõtemplatione ipſius patris,
ita quod ipſe pater eſt proxima, ⁊ immediata cauſa ipſius dona-
tionis: volebat enim patri acquiri, ⁊ tunc acquiritur patri. d.l.
ſed ſi plures.§.in arrogato. ⁊ d.l.qui mihi donatum. Quãdoq;
donat quis ratione mercantie, vel ſocietatis, volẽs ſocietati ac-
quiri, ⁊ ſic cauſa proxima donationis eſt ſocietas, tunc acquiri-
tur mercantie, ſeu ſocietati, ⁊ diuiditur ſicut alia lucra, vt dixi in
ij.queſt.huius tractatus. Iſtam autem differentiam, vtrum gra
tia mercantie ſeu ſocietatis, facit in ſimili tex.in l.actione.§.idẽ
11 Labeo ff.pro ſoc. † Quandoque autem extraneus donat filiofa-
milias occaſione ſocietatis vel mercantie, ita quod ſocietas, vel
mercantia eſt cauſa remota, vt in queſt. proxime poſita, vt quia
propter mercantiam acquiſiuit amicitiam cum aliquo domino,
quam alias non habuiſſet, ⁊ tunc totũ iſtud dicitur aduẽtitium,
⁊ ſic non communicabitur fratribus, vt ff.pro ſoc.l.ſocium qui in
eo.§.fin.⁊ ibi eſt caſus expreſſus, ⁊ vltima gl.ibi poſita, in verb.
donatũ eſſet. probat hanc diſtinct. ⁊ ꝙ illa cauſa remota non cõ
ſideretur in damnum acquirentis, facit l.j.§.nunc videamus. de
coniungen.cum emanc.lib.tamen quantum ad cõmodum ipſius
acquirẽtis bene conſideratur cauſa remota. d.l.ſi forte.⁊ l.j.C.d
caſtren.pecul.facilius enim operatur retentionem quam acqui-
ſitionem.exẽplum, vt C.de vſufr.l.per retentionẽ. ⁊ C.etiam ob
chirogra.pec.l.j. Ex his enim apparet ꝙ omnes leges dicẽtes
12 inſpiciendũ eſſe cuius contemplatione detur, debent intelligi
de cauſa proxima per d.l. ſocium qui in eo. §. fina. quod not.

13 † Sexto quero, quid ſi filiuſſamilias cuius pecunia eſt caſtrẽſis
vel quaſi lucratur, vtrum illud lucrũ erit aduẽtitium, vel caſtrẽſe
vel quaſi: Rñd. aut illd lucrũ eſt mere ex illa pecunia, vel ex alia
re caſtrenſi, vel opera ſua, q; dat pecuniam mercatoribus, ⁊ erit
ſimiliter caſtrenſe peculium, vel quaſi: arg.ff.de caſtrẽ.pecu.l.pa
ter militis.§.ſi ſeruus. Aut lucratur cum pecunia ⁊ opera, ⁊ in-
quantum pecunia accedit opere, erit aduentitium, per ea, que
14 dicta ſunt ſ.in ij.q. † Septimo quero, quid ſi mater vel aſcendẽs
de linea materna inſtituerit filium, hoc addito, ne ad patrẽ per-
g ueniat vſuſfructus[g], vtrum ex legitima, quam ille habebat ne-
ceſſario relinquere, pater habebit vſumfructum: Gl.in aut. vt li-
ceat mat. ⁊ auie.in prin.in ver.participium. dicit qd non: tamen
alias cum diſpoſitio valeat q; per hoc filius nõ grauatur, imo
eius cõditio ſit melior, arg.l.filijs matrem.C.de inoffic.teſta. Sz
tex.tam in rubro quam in nigro innuit expreſſe contrarium, qua
re ſic dicemus, Aut mater inſtituit filium ſub tali conditione ne
fili⁹ ſit heres, ⁊ valet in legitima, nec filius erit heres, niſi pater
renunciet iuri vſuſfructus, vel eum emancipet, d.l.filijs matrem.
⁊ ita intelligo gloſſ. Aut inſtitutio eſt pura, ſed per modum mo
di fiet adiectio, ne patri acquiratur vſuſfructus, ⁊ tunc filio adeũ
te pater habebit in legitima vſumfructum, in qua teſtator non
potuit aliquod grauamen imponere. Non enim poteſt facere vt
leges non habeant locum in ſuo teſtamento. ita intelligo text.
in d.auth. Octauo quero quid ſi pater dilapidet bona filij: Dic
vt dixi in repetitio.l.ſi conſtante.ff.ſoluto matrimonio.

Tertio principaliter eſt videndũ quãdo ipſe pater cõcedit
15 filio. † Et primo quero quid ſi pater emit filio libros[h], an teneat
h conferre. Glo.in verb.comprobatus.in l.que pater filio.ff.famil.
erciſ.⁊ C.fami.erciſ. l.filie.tangit, ⁊ ibi videtur tenere quod non,
arg.illius legis Roſ. diſputauit contrarium ſecundum multas
rationes que ſunt.C.de collat.auth.ex teſtamento.ſcilicet quod
ſimplex donatio venit in collationem. Uber.de Bobio dicit, ꝙ
de iure videtur dicendum quod non conferat cum fratribus.
Nam ſi pater donaſſet filio multos equos, ⁊ multa arma, nõ cõ-
ferret fratribus tanquam caſtrenſia, vt ff.de collatio. bonorum.
l.j.§.nec caſtrenſe. eadem ratione ſi donat aduocato, erit quaſi
caſtrenſe, vt C.de aduoca.diuer.iud.l.fori tui.in gloſſ.in verb.ca-
ſtrẽſe ⁊ nõ minus militat ⁊c.l.aduocati.eo.tit. Idem videtur te-
nere Dy.in d.c.nec caſtrenſe. idẽ tenet Cy. C.de coll.l.filie. Mi-
hi autem videtur ſic diſtinguendum. Aut pater emit ſolum no-
mine filij, nec filio tradidit, nec aliquid expreſſit ſe donare filio, ⁊
tunc dicte res ſunt proprie patris, vt C.de caſtrenſi pecul.l.ij. in
princip. traditio enim requiritur. vt videatur donare. C.ſi quis
alteri vel ſibi.l.ij. Aut emit. nomine filij, ⁊ tradidit ſibi, vel ſe do-
nare expreſſit illos libros, ⁊ tunc aut filius erat iam aduocatus
vel doctor, aut erat ſcholaris in ſtudio. Primo caſu erit quaſi
caſtrenſe, arg.d.l.j.ſecundo reſponſo.C.de caſtren.pecul. ⁊ ff.eo.
l.caſtrenſe. ⁊ ſupra dictum eſt, ⁊ ideo nec pater poterit reuocare
iam data, nec fratribus debent conferri, dicto §.nec caſtrenſe. ⁊
C.famil.erciſcund.l.ſi filiuſſamilias. Secundo caſu, quando erat
Scholaris, tunc aut compleuit ſtudium ſuum ante mortem pa-
tris, ⁊ tunc incipit quaſi militare, ⁊ efficiuntur quaſi caſtrenſis
peculij, ⁊ confirmatur donatio. C.de donatio.l. ſiue emancipati.
⁊ ff.eodem.l.donationes.§.pater. Aut pater mortuus eſt ante-
quam per ſe ſtudium compleret, ⁊ quaſi militiam adipiſceretur,
⁊ tunc non poteſt dici quaſi caſtrenſe peculium, quia perſone cõ
ditio hoc non patitur, vt dictum eſt in prima queſtione in prin.
licet enim reperias conceſſum aduocatis, ⁊ Doctoribus vt poſ-
ſint habere quaſi caſtrenſe peculium non tamen reperitur con-
ceſſum Scholaribus nec debent gaudere eodez priuilegio quo
Magiſtri, vt C.de ſtudijs lib.vrb. Rome.l.vnic.libr. xj. facit ꝙ
not.C.de iuriſdictio.omni.iudi.l.fina. ⁊ ideo tunc eſt, diſtinguen
dum ſicut in alia ſimplici donatione, aut erat emancipatus tem
pore donationis, libris non adeptis, aut poſtea fuit emanci-
patus, ⁊ confirmatur donatio, ⁊ dicta l. ſiue emancipat.s. ⁊
dicto. §. pater. ita quod non poſſet eam reuocare. ſed tamen
hoc eſſet conferendum fratribus, vt no. per Cynum in authẽti-
ca, ex teſtamento. C.de collatio. tamen hoc caſu ſpeciali fauore
ſtudentium ceſſauit collatio, l. que pater. ff.familie erciſcund.
Aut non fuit emancipatus. ⁊ tunc fuit confirmata morte, nec
venit conferenda, l.filie.C. famil. erciſcunde. ſecundum opinio-
nem approbatam in dicta authentica, ex teſtamento. C. de col-
latio. ⁊ iſtam diſtinctionem de filio addiſcente, ⁊ aduocato facit
Jacobus de Beluiſ. in quadam ſua diſputatione quã ponit. C.
de inofficioſo. teſtamen.l.prima. in fin. in ſolu. cõtrar. §. ornatri-
16 cibus. in l. legatis. ff. de legatis ſecundo. cogitabitis. ¶ † Se-
cundo quero quid ſi pater dedit filio pecuniam in ſtudio, vtrum
ſibi imputetur a fratribus tempore diuiſionis: dices tu, quod
non, dicta l.que pater.ff.famil.erciſcund. ſed puto illam l. debere

intelligi,quando apud patrem non erat aliquid quod eſſet filij:
ſed ſi apud patrem eſſet aliquid caſtrēſe,vel quaſi,vel etiam ad-
uentitium,puta bona materna conſiſtentia in pecunia,tunc in
dubio debet intelligi eſſe pecuniam ipſius filij, ſeu ſibi debitā,
vt ff.de neg.geſt.l.Meſennius.Preterea pater eſt legitimus ad-
miniſtrator, ⁊ ideo preſumitur in dubio facere adminiſtratorio
nomine.l.cum pater.§.j.de adminiſtr.tuto.⁊ l.poſt mortem.quā
do ex fac.tut.⁊ ibi not. Nec obſt. C.de dot.promiſ.l.fin. qꝛ illud
in dote ⁊ donatione propter nupt.quod pertinebat ad officium
paternum,propter quod poterat pater cogi.l.qui liberos ff.de
ritu nupt.ſed ad iſtas expēſas non poterat cogi pater,⁊ ideo in
dubio preſumitur in bonis filij. ad hanc reſponſionē facit quod
17 not.in d.l.fin.quod tene menti. ¶ Tertio quero, pater † incepit
pro filio expēdere in ſtudio,vtrū patre mortuo, debeat ſtudium
i perficere de communi,inuitis fratribus[i]: Et videtur quod ſic,
quia munera cepta debent perfici de cōmuni, licet noua inchoa
ri non poſſint,vt l.ſi filia.§.idem ſcribit.ff.fami.erciſc.⁊ quod no.
per gl.in verb. iniungentur.in l.⁊ qui originem.§.fin.ff.de mun.
⁊ bono.l.j.§.ſz ante.de collat.bonor.⁊ ibi videtur tenere Dyn.⁊
ad municip.l.Lucius.§.idem reſpōdit.⁊ ibi etiam per Dyn. fa-
cit quod heres mandatarij ſocij, ⁊ tutor tenetur expedire nego
tia cepta,vt ff.pro ſoc.l.heres ſocij.⁊ C.de here.tuto.l.j.⁊ de his
qui notan.infam.l.furti.§.j. Sed contrarium puto verum, ſalua
reuerentia do. Dyn. nam factum patris erga filium initiatum
eatenus obligat quatenus de neceſſitate erat ſtrictus vel obli-
gatus.hoc probatur ff.de munerib.⁊ bono.l.⁊ ſi filium.cōiunctā
l.honores.§.ad decurionatū filij.ff.de decurionib. Decuriona-
tus eſt initiū ad alias dignitates,vt d.§.ſi is qui.⁊ tamen ſi pa-
ter aſſentit decurionatui,ſucceſſores non tenentur de alijs mu-
neribus poſt mortem. Ita in propoſito licet pater conſenſerit ſi
lio in initio ſtudij,tamen quia pater non tenebatur de neceſſita-
te proſequi,non tenētur heredes patris.hoc probatur expreſſe
in d.l.ſi.filia nupta.§.idem ſcribit. nam eatenus heres tenetur,
quatenus iam pater erat obligatus , ſed hic pater non poterat
cogi ad perſecutionem ſtudij,ergo,⁊c.cum eiuſdem conditionis
ſit heres,cuius defunctus,vt.l.heredem.ff.de reg.iur. Preterea,
aut dices fratres teneri virtute obligationis in eos transfuſe,⁊
hoc eſt falſum,vt ſ.dictum eſt:aut vigore cuiuſdam donationis
cōfirmate morte,que habet vim relicti.⁊ hoc non poteſt cū pro
futuro tempore nulla facta ſit traditio l. Papinianus.ff.de do-
18 nationib.inter virum ⁊ vxorem.Fateor tamen quod ſi aliquod
debitum eſſet contractum occaſione ſtudij in vita patris, dū ta-
men honeſte ⁊ licite quod fratres tenētur ſoluere de communi,
per iura ſupra allegata eſt enim es alienum patris.l.ſed Julia-
nus.§.penult.⁊ ibi not in gl.in verb.ſolebat.ff.ad Maced.⁊ C.
19 eod.titul.l. Macedoniani. Sed pro † ſolutione contrarij dic,
quandoque pater aliquid pro filio incipit,vel filio incipienti cō-
ſentit,ex quo ⁊ propter quod ad totius actus cōſumptionem, ⁊
pro toto tempore pater erat obligatus,⁊ tunc onus trāſit in he
redes.l.ſi filia nupta.§.idem ſcribit.ff.famil.erciſcun.⁊ d.l.heres
ſocij.cum ſimil.quandoque conſentit filio incipienti, ſeu incipit
ipſe aliquid propter quod obligatur ad totum , ⁊ tunc eatenus
tranſit obligatio in herede , quatenus ipſe defunctus teneba-
tur.d.l.etſi filium.de munerib.⁊ honorib.⁊ hic eſt caſus queſtio-
20 nis noſtre.† Deinde quero , po e quod pater filio accipienti
k vxorem fecit expenſas in nuptijs[k] , tempore diuiſionis frater
vult quod panni ⁊ alia ornamēta veniant in diuiſione,quid iu-
ris Circa primum de expenſis in nuptijs dico quod aliter fra-
ter debet facere de ſuo proprio, de communi,niſi pater aliter ca
uerit in teſtando.ff.de munerib.⁊ honorib.l.iij.§.fin.⁊ ibi gloſſ.
in verb.iniungentur.tangit iſtam queſtionem. Circa ſecundum
21 † de veſtibus,⁊ alijs ornamentis vxoris fratris vtrum veniant
in diuiſionem ⁊ collationem: Doct.dicunt,aut querimus de ve-
ſtibus nubilibus,⁊ alijs neceſſarijs ad vſum quotidianum,⁊ ille
non ſunt conferende, ſed ſunt proprie mulieris , ⁊ ab initio fuit
donatio inter ſocerū ⁊ nurum.ex annuo.in princi. ff. de donat.
inter vtrum ⁊ vxo.⁊ ad leg.Falcid.l.ſi vſusfructus.§.fin cum ſua
gl.⁊ de pecul.l.peculium naſcitur, aut de veſtibus, ⁊ alijs orna-
mentis pretioſis, ⁊ feſtiuis,⁊ talia qualia ſunt veniant in colla-
tionem:remanſerunt enim ſoceri , vt l.mortis cauſa.§.fina. ff.de
donat.inter virum ⁊ vxorem.⁊ de pecul.l.id veſtimētum.vbi vi-
detur probari dicta diſtinctio,nec poteſt dici quod morte ſoceri
predicta donatio fuerit confirmata:quia non fuerint res dona-
te ad vſum tradite.d.l.mortis cauſa.in ſi. Preterea,poſito quod
fuerunt donate morte ſoceri,conſtante matrimonio, non confir-
marentur.l.cum hic ſtatus.§.oratio non ſolum.⁊ §.ſequen. ff.de
donationib.inter virum ⁊ vxo. facit ad predicta l.fina.in princ.
22 ff.ſolut.matrimo.⁊ ibi conſuetum eſt dici per Docto.† Deinde
quero,pater expendit in rebus filijs de aduentitijs, in quibus
habebat vſumfructum nunquid fratres poterūt imputare ho c
tempore diuiſionis: Et videtur quod ſic.l.ſed cum fructuarius.
ff.de vſufruct.⁊ quod dicitur de viro in l.vnica.§.ſed nec ob im-
penſas.de rei vxor.actio.reſpon d ſic. Aut fuerunt expenſe neceſ
ſarie ⁊ ille non poſſunt imputari:quia pater habebat neceſſe fa
cere.l.j.C.de bon.mater.⁊ l.cum nō ſolum.§.vbi autem C.de bo
nis que libe. Aut loquimur de impenſis vtilibus ⁊ quidē tunc
ſi pater fecit,vel impendit animo repetendi ⁊ hoc conſtat, hoc
caſu filio imputetur, argumen.d.l.ſed cum.de vſufruct.ſecun
dum iura hodierna, ſecundum que in aduentitijs inter patrem
⁊ filium poteſt conſiſtere ciuilis obligatio etiam ex ipſo contra
ctu.d.l.cum non ſolum.§ fin.⁊ C.ad Trebell.l.iubemus.Aut du
bitatur quo animo fecerit ⁊ tunc aut impenſe ſunt vſque ad fru
ctuum quantitatem.Et videtur pater ei donare,nec ſibi impu
tabitur,vt eadem l.cum non ſolum.§.fin autem es alienū.expen
dendo enim in re filij videtur apud eum dimittere.Aut excedūt
fructuum quantitatem,⁊ non videtur donare ei in dubio,ſz ha
bere animum repetendi:niſi in cauſa alimentorū, ⁊ ſimili expē
diſſet.l.alimenta.C.de negot.geſt.niſi modicitas impēſe faceret
preſumi donationem vt ff.de impēſis.l.omnino. ⁊ de donatiō.
inter vir ⁊ vxorem.l.vtrum.aut faciat impenſas voluptuarias,⁊
tunc in caſibus in quibus vtiles non repetuntur,nec voluptua
rie,alias autem abraſio permitteretur ſine leſione prioris ſtat⁹,
vt l.in fundo.de rei vendicat.⁊ d.§.ſed nec ob impenſas.nec ob
ſtat,quod dicitur de fructuario ⁊ de viro faciēte neceſſarias im
penſas:quia vir habet dotem propter onera matrimonij, ideo
non debet grauari alio onere impenſarum, vſufructuarius ſim
plex habet ex alia cauſa,vt quia ex contractu vel quaſi.pater ve
ro habet ex diſpoſitione legis, cum hac conditione quod ſuſtu
23 neat onera. ¶ † Deinde quero,quid ſi pater dedit filio pecuniā
aut res,an ipſa veniant communicanda: Dic aut dedit ſibi vt
habeat in peculio profectitio,⁊ communicat.l.cetere.ff.famil.er
ciſcun.⁊ C.de collatio.l.ſi donatione.ij.reſpon. Aut dedit animo
donandi,⁊ tunc aut preceſſerūt merita filij ⁊ ſic donauit filio vt
extraneo propter merita.⁊ hic ſunt opin. glo.in verb.poſtulas,
in d.l.ſi donatione.tenet,quod ab initio talis donatio nō valet
ſed morte confirmaretur.alia glo.in authent.vnde ſi parens.C.
de inoffic.teſtamen.in verb.Falcidie tenet quod ſtatim valet,⁊
filio queritur,ſicut alia aduentitia. Et hāc puto veriorem:quia
hoc videtur filius ſuis laborib⁹ queſiuiſſe propter ſeruitia, que
patri fecit quaſi extraneo cuicunque feciſſet , illud habuiſſet; ſic
eſt aduētitium.l.cum oportet.circa princip.C.de bon.que lib.⁊
hoc tenebat Jacob.But.Aut donauit ſibi vt filio,non propter
merita precedentia,⁊ tunc eſt ſimplex donatio,que vtrū veniat
conferēda,dic vt in auth.ex teſtamento.C.de collat. aut dubita
tur,quo animo dederit,⁊ tunc aut pater emit nomine filij ⁊ ſic ſi
bi tradidit , ⁊ his duobus caſibus preſumitur animo donādi,vt
l.filie.ff.famil.erciſcun.⁊ l.ij.ſi quis alte,vel ſibi. dixi ſupra in iij.
queſt.principa.⁊ ſi preceſſerint merita, preſumitur vt extraneo,
alias vt filio, vt not.in d.l.ſi donatione. Aut tradidit tantum,
non autē ſuo nomine emit,⁊ in dubio videtur dare vt habeat in
peculio,vt l.quod fructuarius.in princip.ff.de acquiren. rerum
domin.niſi alia eſſent indicia, ex quibus eſſet taliter preſumen
dum,vt quia tradidit filio eunti in caſtra.l.j.reſp.ij. C.de caſtrē.
pecul.lib xij.Aut nomine filij tantum emit,⁊ non tradidit,
quia non videtur donare,ſed in peculium profectitium
24 re.l.fina.ff.de pecul lega.† Deinde quero ,quid ſi pater
l lium ſtipulari ab aliquo debitore ſuo, an pater videatur facere
hoc animo donandi , vel videatur vti ſolū miniſterio filij:
non videatur donare,facit l.ſi pater in princip.ff.de donationi.
In contrarium facit d.l.fin.ff.de peculio legato. ⁊ C.de caſtrēſi
peculio.l.j. Solut.Aut pater nomine filij ſtipulatur , vel emit:
loquitur d.l.fina.de pec.lega.quia tūc nullus actus traditionis
interuenit in filio,argumē.l. Papinianus.de donationib. inter
virum ⁊ vxorem.Aut pater fecit ipſum filium ſtipulari,vel eme
re,⁊ tunc dicit Oldr.quod inſpiciendus eſt numerus liberorum
⁊ quantitas patrimonij patris,⁊ quantitas quam filius ſtipula
tus eſt,vel alius nomine ſuo contraxit, vtrum ſit parua vel ma
gna,vt ſic,his inſpectis,videatur donare velle vel non. argum.
ff.de legat.iij.l.ſi filio.de fundo inſtructo.l.queſitum §.ſed ⁊ ipſe
Papinianus.⁊ de donat.inter virum ⁊ vxorem.l.vtrum.⁊ Jac.
de Are.in d.l.ſi pater.de dona.⁊c.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶ Iſte tractatus.Adde quod Barto.compoſuit iſtum
tractatum,⁊ morte preuentus non compleuit ideo do.Bal.cō
pleuit ex dictis per ipſum ⁊ alios doct. in l.ſi patruus.C.cōm.
vtr.iud.⁊ in l.filio.C.famil.erciſ.qui eſt impreſſus poſt iſtū trac.
Bart.⁊ ſic perfecit iſtum tract.quamuis in impreſſionibus nō
ſit perfectus totus tract.Bald.vt infra videbitur.

Ber.Land.¶Lucratur.Uide Roma.conſi.cccclxviij.
b Tho.Dip.¶Secundo quero.Uide plene de iſta materia per
c Alex.in l.ſi.heres.in princ.ff.ad leg.Falc.
¶Quarto quero.Pro cõcor.Aduerte quod officialis,ſeu the⸗
d ſaurarius quando aliquid acquirit,an intelligatur acquirere de
bonis ſuis,an de bonis eius cuius officium gerit,⁊ Bar.repre
hendendo gloſſ.ibidẽ in l.defenſionis facultas.C.de iure fiſci.
lib.x.tenuit quod preſumatur acquirere de ſuis.Contrarius ta⸗
men allegatur in hoc tracta.de duob.fratrib.verſic.quero quid.
Sol.poteſt accommodari ſecundum Bald.in c.j.de controuer.
inter domi.⁊ vaſal.in vſibus feud.quem alleg.do.Alex in addi.
ad Bartol.in d l.defenſionis facultas,in fin.ſcilicet, qđ prima
opin.loquatur poſt redditionem rationis.Secunda vero opin:
ante redditionẽ rationis,ſed Bar.proprie non loquitur in the⸗
ſaurario fiſci in hoc tractatu.licet poſſit comprehendi ſub ver⸗
bis ſuis generalibus,⁊ ideo de directo non poſſet argui contra⸗
rius.Adde ad Bal.in l.ſi defunctus.C.arbit tute.in l.quiſquis.
C.ſi cert.pet.⁊ ad ea que addit do.Alex.poſt Barto.de vxore,
vidua,concubina,de filio famil.⁊ de rectoribus in l.⁊ ſi inſtru⸗
menta.C.de fid.inſtr.⁊ iur.haſt.fiſc.lib x.alleg.Innoc.in c.cum
ex officijs.de teſtam.Alber.in l.etiam.C.de don.inter vir.⁊ v⸗
xo.Ang.conſil.cxli.Uide plene per do.Barto.Socin.in conſil.
cxlix.in ij.vol.incip.materia preſens.
e B.L.¶Uxor.Uide Ang.conſil.cxlj.
f Th.D.¶Quinto quero.Uide Ludo.Roma.in conſil.ccccvj.
⁊ Bar.in l.dotem.ff.de caſtren.pecul.⁊ ibi Alex.in addit.⁊ ibi
apoſt.meam.Et vide Andr.Barb.in conſil.xxxvij.in ij.vol.in⸗
ci.ſcribitur Sapi.⁊ vide Bar.in l.ſi cum dotem.§.transgredia⸗
mur in vlti.queſtio.ff.ſol.matrimo.⁊ ibi Alexan.⁊ in l.j.§.nec ca
ſtrenſe.ff.de collat.bonor.⁊ Bal.in l.certum.C.famil.erciſc.⁊ in
authent.ex teſtamento.C.de collatio.
g ¶Uſusfructus.Uide Alex.de Jmo.l.filijs matrem.an addit.
ad Bartol.C.de inoffic.teſtamen.
h B.L.¶Libros.Uide Bal.in conſ.ccxiiij.j.li.⁊ ibi an fratres,
mortuo patre,debeant manuteneri in ſtudio.
i T.D.¶Inuitis fratribus.Bal.in tractat.qui ſupponitur de
duob.fratrib.ſimul habit.nu.19.tenet contrariam opinionem,
quam iſte hic dixit in apoſtil.ad Dyn.in l.Lucius Titius.in
verſicu.vt de communi.ff.ad municip.⁊ in addit.ad iſtum,in l j,
§.nec caſtrenſe.in fin.in verſic.nec tenebuntur heredes.ff.de
collat.bonor.⁊ in addit.ad Bal.in l.filie cuius nume.12.in ver⸗
ſicu.ad municipia ff.de collatio.
k B.L.¶Nuptijs.Uide Roma.conſil.clxxij.
l T.D.¶Deinde quero.vide Bartol.in l.fin.ff.de pecul.leg.⁊
ibi Alexan.in addit.que ponit plura ad materiam.

¶Explicit Tractatus de duobus fratribus inuicem habitan⸗
tibus,expoſitus per do.Bart.

[a] Tractatus do. Bald. [a] de PERVSIO, DE DVObus fratribus ſimul habitantibus.

ADDITIO.

a Th.Dip.¶Tractatus do.Bal.Uide que ſcripſi ſ.in trac.de
duobus fratr.⁊ iſtud principium videlicet, Et primo queritur,
pater emit libros.vſq; ad §.Primo quero quid ſi filius.nõ fuit
impreſſum,ſed modo imprimitur.⁊ inſtum tractatum ⁊ perfe⸗
ctum inueni in xiij.vol.conſiliorum,in ſtudio excellentiſſ.Doct.
Jaco.de monte Sperello de Peruſio.

ET primo queritur, Pater emit libros filio ſtudenti, dein⸗
de decedit pluribus relictis filijs.Que
ritur, an hic filius debeat habere illos
libros precipuos, an debeat conferre
fratribus:Glo.in verb.res comparauit
in l.filie C.fa.erci.dicit quod debet ha⸗
bere precipuos. Et hoc videtur proba⸗
re duabus rationibus. Prima quia omnimodo pro filio videt
hoc tacite velle,⁊ quaſi vltimum iudiciũ conferre in eũ,d.l.filie.
Secũdo quod hic videtur operari fauor ſtudiorum.ff.fa.erciſ.l.
que pater. Tertio videt hic operari ratio,qꝛ ob cauſam ſtudio⸗
rũ pater emit,⁊ illa cauſa nõ ſit finita,ergo coheredes,ab eo nõ
poſſunt amouere,ſeu auocare libros.ff.famil.erciſcũ.l.ſi filia nu⸗
pta.§.ſi filiusfamilias.Quarto qꝛ pater hȝ neceſſe emere libros
pro filio,ex quo eũ miſit ad ſcholas,vt no.C.ad Maced.l.Ma⸗
cedoniani.Quinto qꝛ ſicut arma que dant militi,ſunt precipua
eius.C.famil.erciſcun.l.ſi filius.ſic ⁊ libri qui dantur ſtudẽti.In
contrarium videtur quod ij libri empti ſint patris, ſicut reliqua
empta per patrem,ergo pertinent ad omnes heredes pro here
ditaria portione.ff.famil.erciſcũ.l.cetere. Preterea debet filius
legitimam,⁊ partem ſuam computare, ſicut computat militiam
ſibi emptam a patre.C.de inofficio.teſtamẽ.l.omnimodo.§.fin.
poſito quod iſta eſſet donatio,nõ eſt donatio ſimpliciter.ſed ob
cauſam affectione meritam. Et ideo imputatur in partem hu⸗
ius filij, ſicut donatio propter nuptias.C.de inoffcio.teſtamen.
l.quoniam nouella.Non obſtat l.ex parte.§ filius.ff.famil.erci⸗
ſcund.quia intelligitur in ſumptibus ſtudio conſumptis, vt eſt
victus, ⁊ veſtitus.ſecus in libris,qui extãt,cũ quales ſunt,tales
debent ſibi imputare, vel conferre ſecundum Gulielmum.pri⸗
mam opinionem tenet Dyn.ff de collatio.bonorum.l.prima.§:
nec caſtrenſe,de hoc no.Cy.C.de colla.l.pactum qđ dotali.ver
ſicu.ſed nunquid tenetur.ſed Bart.docit, aut pater ſolum emit
nomine filij nec tradidit,nec expreſſit ſe donare filio, ⁊ tũc dicti
libri ſunt proprij patris,vt l.j.C,de caſtren.pecul.lib.xij.requiri
tur enim traditio,vt videatur donare. C.ſi quis alteri vel ſibi.l.
ij.Aut emit nomine filij,⁊ tradidit ſibi,vel ſe donare expreſſit,⁊
tũc aut filius aduocatus eſt,vel Doctor,aut Scholaris primo
caſu,dicitur quaſi caſtren.quia Doctor vel aduocatus dicitur
militare.C.de aduo.diuer.iudi.l.fori.⁊ l.aduocati.ideo non con⸗
feruntur,vt d.§.neque caſtrenſe.⁊ C.fami.erciſcun.l.ſi filius.Se⸗
cũdo caſu,aut compleuit ſtudiũ in vita patris ⁊ ſic incipit qua⸗
ſi militare,⁊ efficitur quaſi caſtrenſe,⁊ confirmatur illa donatio,
ff.de donatio.l.donatio.§.patri.⁊ C.de donatio.l.emancipati.
Aut pater deceſſit antequam filius ſtudium compleret, ⁊ mili⸗
tiam adimpleret,⁊ tunc non poteſt dici quaſi caſtrenſe,qꝛ con⸗
ditio perſone non patitur, quia non reperitur in iure quod
Scholaris dicatur militare,ſed tantum magiſtri.C.de fun.limi.
l.ij.lib.xj.facit quod not.C.de iuriſdictio.om.iudic l.fin.⁊ ideo
tunc debet diſtingui,ſicut fit in alia ſimplici donatione,quia aut
erat emancipatus,aut poſtea emancipauit libris non adem⸗
ptis,⁊ non debet conferre,quia confirmata eſt donatio:⁊ pater
non poteſt reuocare,dicta l.emancipati,⁊ §.ſi pater.etiam niſi
alia ſimplex donatio eſſet conferenda,quod not.Cy.C.de colla
tio.authentica,ex teſtamento.hoc caſu tamen fauore ſtudij ceſſa
bit collatio,dicta l.que pater.Aut non fuit emancipatus ⁊ tunc
ſi talis donatio fuit morte confirmata,nõ debet conferri,vt hic,
ſcilicet ſimpliciter reuocatur, tunc debet conferri ſecundum
Bartol.ſed Oldrad.dicit quod in dubio pater videtur donare
an autem vſum tantum ſit donatum debemus recurrere ad
coniecturas que poſſunt percipi pro numero liberorum ⁊ facul
tatum patris argumento de legatis tertio.l.ſi filie.vbi per Old.
⁊ de fund.inſtruc.l.queſitum.§ Papinianus.de dona.inter vi⸗
rum ⁊ vxorem.l.vtrum negotium.Aut conſtat de donatione, ⁊
tunc ſi filius erat emancipatus,ſtatim valet donatio,aut poſtea
emancipatur,⁊ confirmatur emancipatio:⁊ tunc aut eſt Docto.
vel aduocatus viuo patre,⁊ cõfirmatur quaſi tranſit in ſpeciem
quaſi caſtrenſis peculij aut pater primo decedit quam hoc con⸗
tingat ⁊ confirmatur donatio morte patris,niſi fuerit reuocata,
d.l.ſi.⁊ omnibus iſtis caſibꝰ iſte ſtudẽs habet libros precipuos
fauore ſtudiorum.Sed ſi non conſtat de donatione licet cõſtet
de receptione,⁊ aſſignatione videtur tunc eſſe recurrendum ad
diſtinctionem Oldraid:⁊ ſecundum eum videtur limitanda di⸗
cta l.filie.Nam in parua expenſa preſumitur donatio,ſed in ma⸗
gna que forte maiorem partem patrimonij eximit:quia forte ha
bet multos alios filios,non preſumitur donatio.⁊ hec opinio
videtur mihi multum equa. Secundo quero, pater miſit filium
ad ſtudium,⁊ deceſſit,an debeat filius perficere ſtudiũ commu
nibus ſumptibus,an proprijs:Et videtur quod communibus:
quia munera cepta debent perfici de cõmunibus, licet noua nõ
poſſint inchoari ſupra fam.erciſ.l.ſi filia.§.idem ſcribit.⁊ no.glo.
de muneribus ⁊ honoribus.l.⁊ qui originem.§.fin.de collatiõe
bonorum.l.prima.§.ſed an ij.Et ibi videtur hoc tenere Dyn.⁊
ad municipalem.l.Lucius Titius.§.idem reſpondit.⁊ ibi per
dominum Franciſcum:quia heres mandatarij, tutoris, ⁊ ſo⸗
cij tenentur expedire negotia cepta.ff.pro ſocio.[a] l.heres ſo⸗
cij.⁊ negotijs geſtis.l.nam, ⁊ ſocius.§.ſi viuo. Contrarium
determinat Bartol.⁊ reprehendit Dynum, Nam factum pa⸗
tris erga filium inceptũ eatenus obligat patris heredem,qua
tenus ipſe pater erat de neceſſitate obligatus, probatur ff.